



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vesviano Incendio, Et De Terraemotv Calabriae,
Nvntivs**

Recupito, Giulio Cesare

Romae, 1644

Widmung

urn:nbn:de:hbz:466:1-12857

EMIN.^{MO} ET REVERENDISS.^{MO}
Dom. Meo Colendissimo

D. FRANCISCO
S.R.E. Cardinali
BARBERINO.



Vdet, Eminentissime Cardinalis, opella hæc sustinere maiestatem aspectus tui: atque inter excusiones flammarum exarata cursim, per plures menses à me tenebris, quibus eam perpetuo destinaueram, inuoluta, lucem tandem à claritate tui nominis mutuatur, quam à Vesuuij flamma non hauserat. Leniet acerbitatem materiæ, libello præfixa commemoratio benignitatis tuæ, atque amarissimis deflenda lacrymis Apes tuæ gentilitiæ mellea dulcedine aspergent, Nam illud inter tot infortunia fortunatissimum contigit, quod Vesu-

A 2 uiana

4

uiana flamma, quæ, vt olim, toti pæne Eu-
ropæ vastitatem minitabatur, Vrbem
planè non attigit. Vrbem appello, quæ
Orbis terrarum caput, ac propè vna Or-
bis est. Arsit hoc incendio Campania: ci-
nis vltra Italiam auolauit: fudit vndequa-
que Vesuuius nubes flammeas, dum in-
terim Romæ, iuxta Amos vaticiniū, stil-
lant montes dulcedinem, & colles fluunt
lac, & mel. Agnosco Apes Romanorum
collium regnatrices: agnosco in Aureis
Apibus aureos mores tuos, auro incen-
dia nihil formidante, &, si flagret, explo-
ratiore. Eadem erit, vti spero, fortuna li-
bello huic auspice Te, qui ad maxima na-
tus, minima non aspernabere. Nam diui-
num quoque Numen, cui Solis cælo lam-
pas acceditur, cereas aris faculas non
dedignatur.

Eminentiae Tuæ

Seruus humillimus

Julius Cæsar Recupitus.

DE